



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

DISSE^TATIONEM

DE

HOMINIBVS

POST MORTEM

SANGVISVGIS,

VVLGO SIC DICTIS

Vampyren,

AVCTORITATE

INCLYTI PHILOSOPHORVM
ORDINIS,

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

DIE XXX. AVG. AN. M DCC XXXII.

S V B M I T T E N T

M. IO. CHRISTOPHORVS
POHLIVS,

LIGNICENS. SILESIVS.

ET

IO. GOTTLLOB HERTELIVS,

PHILOS. ET MED. STVD.

L I P S I A E,
LITERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMIL

V I R O
*MAGNIFICO, EXCELLENTISSIMO,
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXP-
RIENTISSIMO, DOCTISSIMOQUE*
**AVGVSTO FRIDERICO
WALTHERO,**

PHIL. ET MEDICINAE DOCTORI ET
ARCHIATRO REGIO, PROFESSORI ANATO-
MES. ET CHIRVRGIAE PVBLICO ORDINA-
RIO, FACVLTATIS MEDICAE ASSESSORI,
COLLEGII MINORIS PRINCIPVM COLLEGIA-
TO, ET APVD LIPSIENSES PHYSICO
ORDINARIO.

V T E T
V I R O
*MAGNIFICO, EXCELLENTISSIMO,
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXPERIEN-
TISSIMO, DOCTISSIMOQUE*

**IOANNI ZACHARIAE
PLEATNERO,**

PHIL. ET MED. DOCTORI ET PROFES-
SORI PHYSIOLOGIAE PVBLICO ORDINARIO,
FACVLTATIS MEDICAE ASSESSORI,
MEDICIS PER OMNEM AETATEM CE-
LEBERRIMIS, PRAESIDIIS SALVTARIS ARTIS
CERTISSIMIS, ORNAMENTIS LITTERARIAE REI
SPLENDIDISSIMIS, PATRONIS ATQVE STUDIO-
RVM SVORVM PROMOTORIBVS AD CINERES
VSQVE DEVENERANDIS.

HANC OPELLAM
IN
DEVOTAE MENTIS RELIGIONIS
ET
PLENISSIMAE OBSEQVII SANCTIMONIAE
DILIGENTIAEQVE
PERENNE MONVMENTVM
D. D. D.
DISPVNTANTES.

V I R O

*MAGNIFICO, EXCELLENTISSIMO,
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXPERIEN-
TISSIMO, DOCTISSIMOQUE.*

**POLYCARPO GOTTLIEB
SCHACHERO,**

**PHILOS. ET MED. DOCTORI
ET PROFESSORI PRIMARIO, ORDINIS
MEDICI DECANO MAXIME SPECTA-
BILI, ACADEMIAE DECEM-VIRO ET
SENIORI, MAIORIS PRINCIPVM
COLLEGII COLLEGIATO, ETC.**

ET

VIRO
ILLVSTRI, MAGNIFICO, EX-
CELLENTISSIMO, DOCTISSIMO QVE
MICHAELI ERNESTO
ETTMVLLERO,
PHIL. ET MED. DOCTORI ET
PROFESSORI PATHOLOGIAE PYBLICO
ORDINARIO, ARCHIATRO ET COMITI PA
LATINO CAESAREO, S. R. I. NOBILI, ACADE
MIAE LEOPOLDINO-CAROLINAE DIRECTO
RI, VNIVERSITATIS LIPSIENSIS DECEM-VI
RO, FACVLTATIS MEDICAЕ SENIORI ET
MAIORIS PRINCIPVM COLLEGII
COLLEGIATO

NEC NON



CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

- I. *Veritatis inquisitio difficultis.*
- II. *Inter impedimenta veritatis inuestigandae imprimitur refertur supersticio.*
- III. *Transfitio ad VAMPYROS.*
- IV. *Relatio de VAMPYRIS.*
- V. *Examinis instituendi ratio suppeditatur.*
- VI. *Inquisitio sine Medico perito facta insufficiens et illegalis fuit.*
- VII. *Singulatim instituitur, et absurdia inde varia proferuntur.*
- VIII. *Contradiciones aliae producuntur.*
- IX. *Tota relatio ut dubia, obscura, et superstitionis plenissima fistitur.*
- X. *Quaestio: an dentur VAMPYRI?*
- XL. *Definitio VAMPYRORVM.*

- 4
- XII. Quaectionis antecedentia.
- XIII. Mortis ratio genuina, oratione
impossibilitas reuulsione.
- XVI. Corruunt binc VAMPYRI
ex usu functionum temporum.
- XV. Quae porro infringuntur.
- XVI. Nec propria in physicis compa-
- XVII. Sanguis varias ob causas
mortem effluere potest.
- XVIII. Veritati non consentaneum videtur
gues in mortuis accrescere.
- XIX. Absentiae putrefactionis aliaeque
rales suppeditantur causae.
- XX. Plures adducuntur causae putredinem
impedientes.
- XXI. Salia animantium corpora integra
conseruare apta sunt.
- XXII. Ex causis naturalibus sonus, pale per
pectus transfixo, explicari potest.
- XXIII. Superstitiosa executio in mortuis facta,
ob finem, quem forte intenderunt, ap-
probatur.
- XXIV. Non dantur VAMPYRI, sed mortis
genuina causa potius morbo epidemico est
adscribenda.
- XXV. Conclusio.

S. I.

§. I.



VO praeclarior atque utilior *Veritatis incensetur res, eo maiori in pretio non solum habenda, sed et omnī modo promouenda est.*
An vero quaedam inueniri possit veritate praestantior, quae in nostrarum cogitationum conuenientia cum externa sentiōne consistit, nullus non dubito. Generosus enim animus non fūcum, non vmbram, non lecythinos colores exoptat, sed corpus et omne certum amplectitur. Quā de re etiam iste lubentissime acquiescit, si instituta accuratiore veritatis inquisitione, rem sic, et non aliter, comparatam esse deprehendit. Haud tamen negandū, quod quandoque in DEMOCRITI puteo eadem latiter, adeo, ut verum videatur illud: Difficilia quae pulchra.

§. II.

Namque ut nihil dicam de auctoritatis praeiudiciis, *Inter impedi-
menta verita-
tis innescigan-
doe inprimis
refertur su-
perflicto.*
 praeconceptis opinionibus, affectibus, philauria, odio, mente, timore, et quae sunt alia obstacula; praesertim hac vice superstitionis, multum omni tempore veritati repugnantis, meminisse iuuat: haec nempe fuit olim fertilis multorum errorum mater, haec etiamnum ceu nutrix illos sustentat, eosdemque omni cura nutritos in sinu suo souet. Quin tanta eius est potentia, ut regna, populosque in iisdem degentes imperatoris instar saepenumero guber-

net potentissime. Idecirco cum tantumque homines inveniuntur, invenientes non sine summo mensis credio tamen quibus pellere omnibus annisi sunt viribus fontibus, ex quibus oritur, summae piunt, quo eo facilius remedia auxilium ferendum sit, inuenientur animi dona a natura denegata, etiam si nunc, nunc atram bilem, nunc animo mero ex negligentia promanantem, innumeras superstitionis cernere possunt, le, mediante bona educatione, fideliter cum prudentioribus conuersatione obseruantur, si modo medelam admittere vellent homines, hotius contaminati.

§. III.

Sed proh dolor ! tantum abest ut sapientiam omnes uno prope suscipiant consensu, ut potius magis se obliqueret barbarie. Hinc oppida, regiones, nationes teneat, interdum hoc superstitionis vitio laborare, nemo neque. Quamuis autem plerisque in locis non immedicabilem plane iudicandum sit, attamen multum temporis roquireretur ad illud ex mortalium pectora prorsus et dicendum. Et etiamsi scientiae ac artes pene vastum regnarent terrarum orbem, nihil tamen minus, ubi cunctus populus conuertere placet, protinus inuenies multas gentes, quae se totas dederunt superstitioni. VAMPYRI, quae exemplo ponimus, et qui tam plebi ignobili, quamque prudentioribus crucem haec tenus fixere, id satis superque probare nobis videntur.

*Transitio ad
Vampyros.*

§. IV.

§. IV.

Cum autem relatio de sic dictis VAMPYRIS, quo-*Relatio de*
Vampyris.
 rum quidem nomen antea ignotum fuit, in ephemericibus,
 et in primis in litteris Alba graeca Viennam et Lipsiam da-
 tis, typisque impressis, tam abunde suppeditata sit, ut
 omnium pene repleuerit ora et aures, superuacaneum du-
 xi eam hic prolixe inserere, summam rei, qua fieri poterit
 breuitate, propositurus. Postquam nimirum MEDWE-
 DIAE, quae pagus est REGNI SERVIAE, rumor, Vampy-
 ros sanguinem exsugendo interfecisse quosdam homines,
 exortus, et ad Magistratum militarem delatus est, ille in loco
 supra denominato inquisitionem hac de re instituendam
 iussit, qua facta, ex relatione cuiusdam SIGNIFERI,
 ALEXANDRI SIEGFR. von KOTTWITZ dicti, qui
 inquisitioni interfuit, sequentia haec nobis comperta fue-
 runt: annis scilicet ab hinc quinque miles quidam pede-
 stris, nomine ARNOLD PAOLE, qui ex lapsu a curru
 foeno onerato mortuus erat, cum adhuc in viuis esset, sac-
 penumero dixisse fertur: Se quondam in SERVIAE re-
 gione prope CASSOVAM a Vampyro strenue vexatum
 fuisset, eam ob causam aliquid terrae de illius Vampyri sepul-
 chro comedisse, istiusque sanguine se illiussse, eum in finem,
 ut liberaretur. Spatio viginti vel triginta dierum a morte
 eius elapso, nonnulli ab illo torqueri conquesti sunt,
 quatuorque ab ipso vere interempti traduntur. Suas
 HADNACKII protracto ex sepulchro Arnoldo Paole,
 sanguinem sincerum ex oculis, naribus, ore et auribus ef-
 fluentem, adeo, ut indusum, integumenta cum loculo
 commaculata fuerint, deprehenderunt, qualis quoque
 crux, pale per pectus ac cor, more illorum solenni; non
 sine suspirio demortui notabili, transfixo, affatim erupit.
 Nec

Nec minus totum cōrpus a pūrredinis labe immune repertum esse, vngues manuum et pedum decidisse, locoque horum nouos excreuisse, affirmant. Ex his omnibus, genuinum esse VAMPYRVM, cunctosque a VAMPYRIS imperfectos eiusdem generis sanguinem fugentes rursus fieri, concludunt. Ipsū vero ARNOLDVM PAOLE non homines solum, sed et bestias aggressum, suetum abstulisse sanguinem ita, vt, quibus caro talium animantium in usum cessit, VAMPYRI redditii fuerint, vltro commorant.

Huc partim referuntur quidam, qui absque praecedente morbo intra secundum tertiumque dies obierunt, postquam somno sepulti noctu subito non sine terrore expegefacti, se a mortuis strangulari, doloremque pectoris sentire exclamauerint. Partim, qui VAMPYRORVM saquine experunxerunt, tales quoque euasisse perhibentur. Facta cadaverum sectione nonnullorum, ventriculos, pectora, corda, sanguine extra vasq; euagante referta fuisse; in quodam vero infante simul cerebrum in pus conuersum obseruatum fuit. Porro VAMPYRORVM aliud ex pulchro reuertentem vxorem superstitem compressisse, ac plane ex legibus thalami venerem exercuisse, (hactantum obseruata differentia, quod sēmen emissum frigidum erat;) inde vxorem concepisse, et elapsō gestationis consueto ternino XL hebdomadarum in lucem edidisse infantem, pueruli quidem figuram prae se ferentem, ast sine membris distinctis conformatum, eundemque inconditam quippe mortis carnem repraesentantem, triduo elapsō, instar sarcimoris corrugatum apparuisse, sat lepide, si sat vere, enarrant.

§. V.

DE VAMPYRIS.

§. V.

Quid ergo cum naturae legibus ex his prolatis conveniat, quidue pugnet cum iisdem, huius erit loci perspicere. Ne autem momentum aliquod notabile ex hi praetermittatur, luet secundum relationis suppeditatae ordinem nostram instituere diiudicationem.

§. VI.

Primum igitur, quod nostram meretur attentionem momentum, existit disquisitio in rem vere singularem ac mirabilem, a Magistratu militari iussa, et a duobus Praefectis militum subordinatis Chirurgoque castrensi instituta. Quemadmodum vero sententia et decretum de inuestiganda huius rei veritate a Magistratu suppeditatum, sua laude minime defraudare volumus; ita sane magis dolendum esse censemus, quod inquisitio hac de re non rite et accurate peracta fuerit. Licet enim illorum, qui inquisitioni huic praefuerunt, famae aut dignitati a nobis deprehensum, non cupimus, tanquam tamen abest, ut talem veritatem inquirendi modum sine Medico ordinario et perito adhibitam approbemus, ut potius pro insufficiente et plane illegali habeamus. Non enim Chirurgis solis inspectionem huiusmodi committendam, sed Medicis in arte sua satis exercitati adhibendam opem requiri, ipsi etiam ad unum omnes Iurisperiti postulant. *Medico quippe in hac remaiorem fidem esse babendam, quam decem et viginti testibus non Medicis, CARPZOVI^S(*) cum aliis satis neruose asserit.* Ecquis enim viscerum naturalem vel praeternaturalem conditionem, quis morborum, mortisque inde securae indolem a militum Praefectis vel Chirurgis ca-

B

streansi-

(*) in praxi criminali p. 1. qu. 16. n. 43.

DE VAMPYRIS.

strenibus facile exquireret? Partis enim cuiuscunque finis, connexionis, functionis, verbo anatomes, seu legalis inspectionis, accuratiorem cognitionem, quam illi, qui arti facultari non addicti sunt, spondent Medici. In primis si res aut etiam morbi post mortem indagandi sunt altioris indaginis, quique qualitatibus quibusdam singularibus limites naturae primo intuitu transcendere videntur. Omnis proinde supersticio aut credulitas procul exulet, maior autem mentis acies arte exercitata, iudicique quaedam gravitas praestos sit, necesse est, exquisitissima. Occurrent enim non raro in praxi Medica miranda morborum phaenomena, quae priscis temporibus pro miraculis et Daemonum præstigiis habita fuerunt, et etiara nunc hodie ab incutis minusque peritis inter prodigia referuntur. Verum cardatores, inque praxi clinica magis exercitati Medici vires naturae tam arctis non circumscribunt limitibus, quotidiana scilicet observatione edocti, quod saepius eventus et sectio post mortem rite instituta veras et physicas detectit causas morborum, qui antea leges et modum naturae penitus exceedere videbantur. Ex quibus, ut arbitramur, fatis superque patescit, quam utilis, quamque necessaria in historia VAMPYRORVM rite inuestiganda fuisse Medicis cuiusdam periti diiudicatio. Nunquam enim adeo monstrosa et superstitione plena, imo absurdâ prouenisset relatio, quam nunc ex reliquorum monumentorum ponderatione demonstrabimus ulterius.

§. VII.

Arnoldus scil. Paole, cuius traditione summa nititur huius historiae, a Vampyro quondam vexatus, quo ab hoste crudeli immunis euaderet, aliquid terrae de eius sepulchro comedisse, sanguinemque eius sibi sinul illiuisse dicitur.

dicitur. Quod si autem hoc remedio vere liberatus a Vampyri tormentis fuisset, cur denuo Vampyrus factus, aliis, quorum recensentur quatuor, nocere potuit? Si vero frustra adhibita haec medicina fuit, cur tamdiu supervixit, et cur more aliorum non intra breue temporis spatium extinctus fuit, sed potius decidens de curru morte defunctus perhibetur? Posito autem, terram ab mortui sepulchro desumptam, eiusdemque sanguinem remedii instar specifici ipsi inseruuisse, nonne pessime actum cum misericordia nostris sequentibus, qui neglecto pharmaco hoc prae-sentissimo, mortis faucibus non sine aliorum lethifera vexa traditi fuerunt, cum tamen facile eodem remedio adhibito seruari potuissent. Periculum suisse regeris, ne per sanguinis infecti applicationem plures redderentur contami-nati, quemadmodum STANNA post vunctionem paria VAMPYRORVM fata passa perhibetur. Ego vero potius, vxorem VAMPYRI naturam induisse compressio-nem, de qua tamen contraria in relatione legimus senten-ciam, purarem. Quibus omnibus accurate pensatis, vnu-quisque facile contradictoria et absurdia deprehendet.

§. VIII

Porro Putrefactionis absentia, seu signum essentia-
le in relatione saepius fuit allegata, vbi tamen serui fit men-tionem, hoc morbo (sic ipsi nominant malum VAMPYRO-RVM genuinum) exticti, cuius cadaver non nisi putre-dine consumtum repertum esse, afferunt. Idem iudicium
est de sanguine saluis visceribus in pectore reperto,
quem si recentem offenderunt, VAMPYRVM commu-ni suffragio renunciarunt mortuum, cum tamen STAN-CKO eum, non nisi putrefactum monstraret, et nihilomi-nus eorum numero subscriptus fuerit. Qua de re incer-tos

DE VAMPYRIS.

tos ipsos defunctorum inspectores fuisse, inde ni fallor
clare elucescit, cum corpora a corruptionis labo immunita
reperta, nescio, qua superstitionis lege ducti, poena capitali
affecerint, putrida tamen, quanquam pro VAMPYRIS
habita, poena iudicarint eximenda. Deinde quid sibi velit
filiolus, plene ac perfecte proportionatus, tamen sine
membris, et rudi, indigestaeque moli carneae similis, in
luce in a grauida editus, nec dum perspicio, nisi forte illis
mola imposuerit. Nonne igitur historiam VAMPY-
RORVM contradictionum, aut forte fabularum, censere
quis posset plenissimam?

§. IX.

Tametsi igitur strenui satis fuerint quidam in asse-
enda re, et ad varias causas cum sympatheticas cum anti-
patheticas, occultasque qualitates, et nescio, ad quem
spiritum intermedium, astralem, sidereum, Archaeum seu
spiritum mundi, imo interdum ad cacodæmonem prouo-
auerint; eam tamen rem ceu maxime dubiam et obscuri-
atum tenebris implicitam nullum alium in finem, quam vt
incerta facta praeter necessitatem multiplicentur, frustra
hoc modo tractari, arbitror. Quo enim pacto supersti-
tionis ingentis notam detrectabunt, quicunque ex fallaci-
persuasione admodum mortuos semel terrae mandatos pro-
rahendo turbare quasi suscipiunt? Multominus assertio-
em suam roborabunt, postquam intaminatum confexere
adauer sanguine refertum, vt infra probabo.

§. X.

Quamquam igitur videri potest ob fundamentum tam
ubium omni deductione vteriori supersedendum esse;
ibet tamen paulo longius progredi, et quid de tota re sen-
endum sit, dispicere, pauloque accuratius inquirere, vbi
autem

autem summa eoredit: AN DENTVR VAMPYRI
SEV MORTVI VIVIS PER ABLATIONEM
SANGVINIS DAMNVM INFERENTES, IPSAM-
QVE VITAM AVFERENTES?

§. XI.

Scilicet ex supra dictis satis clare patet, VAMPY- *Definatio-*
RVM dici hominem defunctum, post mortem ex sepul- *VAMPYRO-*
chro redeuntem, ex aliis adhuc viuentibus hominibus,
animalibusque sanguinem exsugentem, cuius vestigia, a
VAMPYRIS interfecti, premunt, aliisque iterum post fa-
ta similiter insidiantur. Vnde autem nonnen VAMPYR.
originem suam traxerit, nondum satis constat; variae enim
souentur opiniones: Quidam pro voce Illyrica accipiunt, alii
a lingua Turcica deruant. TOVRNEFORT (*) in descri-
ptione itineris sui mentionem facit insulae MYCONA di-
cta, cuius incolae VROVCOLACAS vocant homines de-
functos, qui eodem modo, ut supra in definitione monui-
mus, viuentibus terrorem, imo ipsam mortem inferunt.

§. XII.

Si ARISTOTELI (**) fidem adhibeamus, aues *Quæstionis*
quaedam lac capris et nutricibus, infantibus autem sanguini- *antecedentis*
*nem clam subtrabunt; secundum LIBAVIVM (***) ve-* *refutatio.*
spertiliones humanum sugunt sanguinem; secundum VE-

B 3

TERES

(*) Relation d'un Voyage du Levant, par M. PITTON DE TOVRNEFORT. Huc etiam verba ex GEORGII FEHLAVII annotationibus ad CHRISTOPHORI ANGELI Enchirid. de statu hodiernorum Graecorum cap. 25. pag. 158. referri merentur, quae cum TOVRNEFORTII relatione conueniunt.

(**) Histor. animal. L. IX. c. 30. et CASP. SCHWENCKFELD Theriotroph. Siles. p. 232.

(***) L. VI. Hexaëm. § 30. p. 555.

DE VAMPYRIS.

14

TERES POETAS striges infantum sanguini infidiantur;
 sed quae haec sit auium species, non dum sufficienter constat.
 Notatu digna est historia, qualem TH. BARTHOL. (*) afferit:
 Tres infantes Pastoris FIONENSES LYKISHOLMI, incubulo consueto dormientes, insueto ploratu et inquiete per aliquod temporis interuum turbabantur, quod se mulgeri a quodam sentirent. Puerorum suspicionem firmarunt papillae, diligentius a parentibus tractatae, quae lactantis foeminae papillarum in figuram eminebant. Ad hoc auerruncandum fascinum alexipharmacis amarisque illitae fuere papillae. Hinc umbilicus illorum tam vebemente succione atterebatur, ut non tantum manifeste prominaret, sed et oris fugentis magnitudinem impresso velut vestigio monstraret. Cum his fere conueniunt quae IOH. SOPHRON. KO-ZACK (**) refert, vt pote qui spiritus naturales, elementares, epibialtas dictos, lac et sanguinem sugere docuit. Nonne vero haec fictio a re vera abludit, quae nonnullorum gentium erat persuasio, sanguine delectari eundemque bibere animas. Quare antequam iusta siebant, dum circa letheas oras adhuc vagari credebantur, nec ad campos admittebantur Elysios, sanguis ad radices rumuli fundebatur, cum vino, vel lacte mixtus, quod ex LVCIANO (**) patet. Quid vero animae cum sanguine?

§. XIII.

*Mortis ratio
genuina atque
inde deducta
impossibilitas
reveniens.* Si vero in mortis indolem sollicitius inquiramus, vi tales, naturales ac animales actiones ita abolitas, vt modo restitui queant nullo, reperiemus. Sistitur nimirum in circu-

(*) Cent. I. histor. anat. IX. p. 20.

(**) Anat. vital. microcosita. c. 17. pag. 175.

(***) T. i. op. in Necyomant. de quo etiam GARM. L. II. T. 7. p. 609. scribit.

circulo suo sanguis ex corde, vita adhuc durante per omnes corporis partes propellendus et aequaliter distribuendus. Hoc intercepto, viscera, omnes solidae partes reliquae naturali quippe humorum secrezione, et exinde nutritione dependente inhibita necessario destruuntur. Ino semel subsecuta animae et corporis solutione, nihil nec naturae, nec arti superest, per quod hocce vinculum restitui possit. Qui enim sanguinis in spice arterioso stagnationem nouit rectius, eiusque resolutionem admodum difficilem interdum difficillimam; tamque ingentis copiae croris in morte perpetuo quiescentis, reductionem spatio tam diuturno elapso, in cursum suum praeuia resolutione, non nisi impossibilem censem. Ut taceam omnem ex firmis aliis partibus praestandum motum, ob harum rerum destructionem plenissime cessare. Quae si in corpore animali contingere deprhenduntur, animam a corpore suo separatam dicunt. Quod vero eadem ob amorem, qui ei cum corpore suo intercedit, non deserat prius habitaculum suum, quam si idem sit ita labefactatum, ut functiones in eo exercere amplius nequeat, extra dubium est. Locum vero repetenda vitae, dari nullum, inde elucescit manifeste, quoniam exitialis organorum labes omnem supra dictum amorem vtriusque superare atque vincere valet. Si enim mors vinculum, quod animae cum corpore intercedit, disrumpit, in cadauere non permanebit anima. Vitam enim et mortem simul in eodem cadauere hospitari posse, quis credat? Vix enim ac ne vix quidem nobis persuadere possumus, animam ad corpus quasi postliminio redire, perque hoc actiones varias perpetrare posse. Sibi enim semper sumnus rerum, vitae mortisque arbiter, hanc, animam e corpore egressam reuocandi potentiam seruauit.

S. XIV.

*Corruunt binc
Vampyris at-
tribusa ex vſu
ſunctionum
tripliciter de-
negato.*

*Quando igitur
pyris literis configione
tuis ille, qui viuis et satis
fit status omnibus auferri
mortuis voluntatem ita determi-
tentur, non est quod aſſeratur
absque pulmonum respiratione
absque linguae muscularum vario-
ne fieri potest. Quis, quæſo, in
vſu, adſcribere velit? Multo priuile-
admodum difficultis digestio, ſine ventricu-
norum, calorisque a ſanguinis circulationi
cursu continget. Cadit hiac omnis
de praeparati deductio ad massam ſanguinis
que a venis cordeque receptio, aigeat
possibilis. Ut nihil de edendi ac bibendi
appertu dicam, quippe qui, nonniſi per di-
atribuitur. Quæſo igitur, in quem finem
assumto, cum inerito nulla, nullumque
quod viuis tantummodo ſecundum naturam
locum vterius inueniat? Quin imo ſi vel operi-
tes, terrae demandati, nec per momentaneum
tractum, aëre nempe omni priuati, ſuperere posse
mortuos reuiuiscere poſſe, hariolabitur? Ni
de impossibilitate ſanguinis educandi, que finis
plicatione, cuius mentio fit nulla, fieri haud poterit
to minus intentionem ullam merebitur compreſſio
a VAMPYRO marito facta, cum, quanta ad hunc actum
exercendum requiratur vis, eam rectius declarant Medicis.*

§. XV.

Vindenam porro, quae so, prorumpendi ex sepulchris vis, *Quae porro ambulandi, motumque exercendi voluntarium, sperma in te-infringantur. sticulis secernendi, secretorumque, sanguine interim in motu suo quiescente, excernendi facultas, et quae aliae functiones hic allegantur, non a spiritu tantum, sed cum corpore materiali unito expectandae.* Crediderim potius vxorem ob matris apparitionem non solum, sed propter infame hoc VAMPYRI facinus, terrore percussum, exanimem redditam, impetuque plane fuisse ad recipiendum semen. Si rem inuertere, atque Virum viuum complexum esse foeminam mortuam, asserere velimus, dubio opus esset nullo, cum eo proteruiac infatibilis salacitas atque malitia hominum processerit non semel, ut mortuis non pepercere, sed cum vicio detestabili ac turpi coire maluerit. Quod vero illa unquam inde obseruata fuerit impregnatio, etiam atque etiam per negamus, quia in cadavere nullae actiones vel vitales vel animales peragi possunt, vti superius demonstratum fuit. Proinde magis pro fabula habenda est historia, quam superstitionis plenus KORNMANNVS, (^o) de puella DEYSA mortua a milite impregnata, proferre sustinuit.

§. XVI.

Quanquam itaque vxor allegata, tum reliqui morbo hoc *Nec propria affecti, se a Vampyris vexari cum querimoniis variis fatebantur, nihil tamen feci illorum confessioni parum aut nihil* ^{in physcis confessio factis.} esse credendum, arbitror, quoniam isti aut vero morbo, aut ad minimaum peruersa imaginatione et superstitione laborant. Quot et quales autem obueniunt aegrotantibus imaginaciones rerum, quae tamen minime saepe existunt, optime clinici norunt Medici. Cum enim ingens morborum copia

C

febre-

(^o) de miraculis mortuorum P. IV. cap. I. p. 98.

febrilibus suis stipetur moribus, illicque et in nocte sentibus, cerebrum sollicitetur, sanguinem velocius transfluentem oneretur, et sensusphantasiae rationisque exercitium prostratur. Sensus incolumitate sua gaudet, non dum organorum est, si vero cerebrum ac sensus organorum et falluntur humoribus, aut quoquis alio modo intrinsecus confessionem, hoc seculo, mancata esse auctorum ac veneficorum historiae pridem nos docimur, non ea propter Vampyros fuisse, qui id profecto.

§. XVII.

*Sanguis ob causas m-
sarales post mortem effus-
to posse.*

Si autem quaeris, unde sanguis sincerus ex cœribus, ore, et auribus cum absentia putrefactionis post mortem effusus sit, ut et linctea cum loculo eodem infecta fuerint, non paucos obuenire morbos, corporisque vbi post mortem ex certis cadaverura cauitatibus profluvium animaduertitur. Apoplecticorum manifestissima vera Vampyris similes non raro exercitios monstrosos pertinet. Ut nil de fluxilitate sanguinis dicam, quod in plexia mortuis, si forte cerebri cerebellique extirpatur, per frequentiores cadaverum incisiones demonstravit WEPFERVS (*). Id quod etiam PLATERVS (**) monito suo corroborat, referens se in plethoraicis operis eius ob rupram uenam saepenumero obseruasse, et cum tunc ventibus ad baculum et post mortem, magnam sanguinidem per os, atque nares erumpentem. LIBAVIVS (***) quodam mentionem iniicit, qui morbo epidemico quodam et factus ratione aut epilepsia interemti a morte demum per os, mortuiores et alias vias sat copiosum profuderunt sanguinem.

10.

(*) in Hist. de apopl. mort. I. p. 4. et 5. (**) Tr. I. prax. L. I. c. 2. p. 27.
(***) de cruent. cad. pag. 149.

I. SOPHRON. KOZACH: (*) mortuis strangulatis et suffocatis solet quoque e naribus vel faucibus meare sanguis interdum alius humoribus mixtus. In febre maligna et pestilentiali mortuis nares gossypio lanuginosoque, quod fert Bombax, semine vel alia quadam re occludendas esse, ne pereasdem cruentum effundatur, annotat et suader **ZACCHIAS** (**). In peste **CHEMNICENSI**: (***)
Virgo praeclara stirpe nata, post morsem tantum sanguinis e naribus profundit, ut vestes ferales pollueret, fluxusque ille usque ad sepulturam profuens nullo conatu imbiberi posset. Huc faciunt quae **RIOLANVS** (****) monuit: inter diffecandum non te terreat, et ab incepso opere renocet sillicidium sanguinis, e naribus vel ore, quod saepius contigisse vidi, primo vel altero, tertio et quarto sectionis die, quandoquidem mericulosis id phaenomenon in sinistrum omnem interpretantur, quasi nefas esset corpus illud attractare, cuius anima nondum a sanguine separata sui adbuc corporis curam haberet, qua de re apud Poetam **POLYDORVS AE-NEAM** (*****)
hortatur:

Parce piis scelerare manus!

Alios praeterea haemoptyicos sistere possem, quorum rupta
in pulmonibus vasa sanguinem non raro fluidum in bronchis
admissum, indeque in fauces deductum post obitum fundunt.
Alios in affectibus inflammatariis, tum in ardentissima san-
guinis exaestuatione constitutos proferre nolo. Sanguinem
caeterum ad notabile post mortem tempus in venis et arte-
riis non concretum, sed fluidum satis reperiri, dissectiones
corporum anatomicae testantur. Multum autem interesse

C 2 reor,

(*) Lib. de haemorrh. c.9. p.266. et Tr. de Sale c.5. f.10. p. 214.

¹⁰ in Tr. I. quaest. legal. confil. 19. n. 5. p. 34.

^{***} vid. GARMANN. Lib. II. Tit. VII. de cruentat. c. d. p. 558. q. 30.

(*) in Lib. anthropol. c. 18. p. 61.

(****) conf. L.III. Acneid. v. 42

DE VAMPYRIS.

reor, probeque dispiciendum duco, virum corpus praeniorum
morbo, in primis diurno emaciatum ac humoribus nec-
fariis priuatum, an potius veloci extinctum fuerit nece, quo-
niam intra breuissimum temporis tractum consumi nequit,
quod ipsum est, quod accidisse legimus mortuis nostris, qui
intra biduum vel triduum enecati dicuntur.

§. XVIII.

Vngues vero non solum accrescuntur, sed et pristinis reie-
ctis, ac resectis, nouos repulsi sunt, res est, quae fidem pene
excedit, quam tamen PARAEOP id affirmanti adhibendam
statuunt Misc. N. Cur. (*) Interim quod prius attinet, mar-
cescentia et corrugatio tam corporis totius, quam digito-
rum in defunctis contingens, vngues constrictio expertes
sistit in cadaveribus longiores visui, cum tamen nil quic-
quam post mortem incrementi eis impendatur. Quod ve-
ro posterius concernit, omnes, antequam aliquid statuitur,
rectius examinari debuissent circumstantiae; Qui enim se-
nel, nedum pluries, ut demonstratum supra fuit in relatione,
errat, semper praesumitur talis. Quid si laminam ultimam
infra vnguem ita positam, ut, eleuato hoc, appareat, pro-
touo vngue venditasse dicam?

§. XIX.

Putredinis labe non inquinata VAMPYRORVM
orpora, peculiarem horum mortuorum statum miraculo-
rumque denotare forte poterat, nisi variae aliae circumstan-
iae, eaque naturales, hunc arcere putrem quandoque so-
lent. Sunt quorundam brutorum, ut de Gallis gallinaceis,
inscribus aliisque aetate grandiore conspicuis abunde con-
at, tales membranarum, ligamentorum, muscularum, alia-
rumque partium constitutiones, ut nec illa in plures dies

contine-

(*) Dec. II. Anno 2. obseru. 155. pag. 354.

continuata coctione macerati et in usum humanum præparari possint, si que vel plane non deplumata animantia, emaciato summe corpore praedita, in primis autumnali aut hiberno tempore asseruentur, sineulla balsamationis artificialis ope conseruari in plures commode poterunt annos. Ita etiam iudicandum est de siccioribus strictiorisque habitus corporis hominibus, aut sanguine per praecedentes haemorrhagias, aut vulnerationes grauiores priuatis. Qualem succorum pene omnium absentiam in marasmo senili, phthisi aut hectica consummata defunctis obseruare est, quippe quorum corpora non nisi ossa, cartilagini, ligamenta, cutem, praeter eaque nihil continente.

§. XX.

Ab astris incorruptibilitatem talem deriuare annis ^{plures addu-}
est REIES (*) DE FONTECHA: *mortis tempore talem* ^{cantur causae}
utiquando influxum dari contendens, qui corpori influens pu- ^{patredinem}
trefactioni ineptum reddat, unde post multoram annorum de- ^{impeditorem}
cursum absque ullo miraculo integrum reperiatur; et BE-
DA (**) in anno tres esse dies ac noctes statuit, in quibus qui
nati fuerunt, corpora illorum absque dubio integra et incor-
rupta manebunt usque in diem iudicii. Refertur vero dies
XXVII. et XXX. Ian. et XIII. Febr. quos suum mysterium
mirabile valde dicere non erubuit. Et ANTON. PA-
LVANVS inquit: (***) *Die primo et secundo Februarii natos*
non putrefactare. Facile me isti auctores consentientem habe-
rent, si sermo iisdem non de Die natali, sed emortalis esset,
præfertim si hoc assertum, habita scil. variae tempestatis ra-
tione, non promiscue ad omnes extenderetur annos. Est

C 3

enim

(*) de primit. prægn. c. I. p. 411. (**) de Nat. infl.

(***) Vid. eiusdem caten. temp. annul. 16. p. 53. et de quo etiam GARMANN. de miracul. morti. p. 965. legi meretur.

DE VAMPYRIS.

enim plerumque in multis EVROPAE regionibus hoc anni tempore gelidi frigoris intensissimique potentia, ut rigida cadavera terrae mandata frigidae, diu admodum illaesa a corruptionis labe sistat. Hoc etiam in carne mactatorum animalium, inque cadaveribus hoc tempore culkro anatomico subiectis non obscure apparere credo. Nec ultra dubito, quin pene omnes VAMPYRORVM circumstantiae cum his non difficulter comparari possint. Fuit enim mortis eorundem non aliud tempus, quam ubi gelidum regnat frigus, eoque magis, quo magis regio ipsa ei fauet. BARTHOLINVS (*) ita differit: qui Spirzbergae Groenlandiae parte ad nos redeunt mercatores Hafnienses testantur, nibil ibi ob frigus intensum putrefascere aut corrupti, ut etiam se pulca cadavera per XXX. annos inuiolata et integra sine putredine conseruentur. Corpora Stockholmiis tota hyeme in patibulo suspensa sine putredine deprehendisse affirmat IOH. IOACH. BECHERVS. (**) S. XXI.

*Salia animan-
tium corpora
integra diu
conseruare
aptæ sunt.*

Praeterea satis notum est, nonnullis terrarum oris quasdam peculiares esse conditiones, quae corpora animalium integra diu seruare aptæ sunt. Quod de regionibus sale gemmae aut alumine refertis non obscure intelligitur. Salia enim huius generis sat valide putredini resistunt, id quod perbene oeconomi norunt, vt pote qui ad carnes variorum animalium eo melius conseruandas iisdem vruntur. Quamvis autem nobis de terrae indole, qua REGNVM SERVIAE praeditum est, nihil certi constet, haec tamen conjectura occasionem forte eandem accuratius inquirendi subministrare poterit. Ex his modo allegatis, ni fallor, aliisque pluribus addendis, si opus esset, causis, clare eluce-

scit

(*) de nivis usi in ed. c. l. p. 80. (**) c. l. n. 125. p. 312.

scit, nil quicquam miraculosi inde sequi, quando et VAMPYRI corpus incorruptum monstrarint, tempore post mortem notabili. Cum vero non omnia tali putrefactionis labo exempta reperta fuerint cadauera, in memoriam iterum reuocamus, quod non sicut fuit: incertam relationem esse ipsam, cum quidam mortuorum incorrupti, quidam e contrario putredine depravati fuerint, prout nempe tempestatis, aetatis, temperamentorum, subiectorumque constitutiones tulerint.

§. XXII.

Si quis porro ad sonitum suspiriumque illud, quod adstantes ab ARNOLDO PAOLE perceperunt, cum palus per pectus ac cor more ipsis consueto transfigeretur, proucare velit, difficultatem minorem me in huius phaenomeni ^{Ex causis naturalibus se-} explicacione spero inuenturum. Nimis talis est pulmonum post exspirationem constitutio, ut tametsi notabiliter collabantur, aeris tamen multum in cellulis suis vesiculisque retineant, qui compresso tam violenter pectore, non poterat non cum impetu et strepitu quodam manifesto erumpere, qualis etiam stridula et suspiriosa veluti aeris ex pectore expulsio, vehementi abdominis percussione facta, in cadaveribus non raro percipitur.

XXIII.

Quisquis tandem felicem mali extinctionem clamitas, postquam Vampyrorum corpora, metu imaginario incolatum ita exigente, detruncata fuerunt, vide quae so, ne etiam haec res, veluti omnes reliquae allegatae circumstantiae, superficie intendantur, qui enim laus et viuis nemini detruitur, nec ulli forte afferre, cum vires adhuc aderant, in animum suscepserat, mortuus eheu! sententiam suam mutasse puratur, et capite proinde plectitur! Interim non possum, non vestram hac in re coniuentiam approbare Iudices!

cum

DE VAMPYRIS.

54

cum forte creduliset superstitiosis incolis omnem hoc pacto terrorem adimere atque eradicare funditus anni fueritis, quo poena atque vindicta hac vtcunque caeteroquin ridicula, exercita in mortuis, meatem illorum erigeretis felicius, remedioque vtremini ad statum aegrotantium apprime accommodato. Metum enim in epidemicis eiusmodi malis, terrore inque non infimum inter causas reportare locum, dum experientissimi agnoverunt Medici, vt pote qui etiam eundem in finem varia amuleta et periammata suis aegrotantibus non solum concesserunt verum etiam non raro commendarunt.

*Non dantur
Vampyri, sed
mortis genui-
na causa po-
sius morbo
epidemico est
adscribenda.*

§. XXIV.

Rebus igitur sic stantibus, VAMPYROS tales, quales iuxta definitionem descripsimus, non dari existimamus; tanta enim nec viuis relicta libertas, vt alios pro libitu suo e medio tollere queant, multo minus competit mortuis talis potentia. Morbo autem potius epidemicus eos fuisse interfectos vero videtur simile. Multi namque inueniuntur morbi, vbi aegri mente adeo sunt capti, vt sibi nefcio quas imaginentur phantasias. Et, quae so, quid est, quod imaginatio praefertina in plebe efficere non possit? Sic enim in aegrotantibus fuisse existente temperie atrabilaria, siue ab hypochondriaco morbo viscerum que infimi ventris obstructionibus, siue ab sic dicto incubo, seu epiphiale, et ab aliis innumeris fontibus, variae in corpore fesse exerunt morbosae affectiones, quae cum metu, tremore, tristitia, suspicione, varia que imaginatione falsa coniunctae esse solent. Quapropter incolas loci, cuius supra mentionem fecimus, febre maligna et contagiosa fuisse correptos, lubenter cum MEDICO (*) consentimus VINARIENSL

Conclusio.

§. XXV.

Quae pauca de sic dictis Vampyris in medium protulisse sufficiant. Ac quemadmodum minime existimationi illorum, qui vel hanc ipsam historiam litteris confignare, vel meditationes, diuidicationesque suas orbi litterario communicare voluerunt, aliquid detracitum cupimus; Ita etiam nulli has nostras cogitationes, pro ea, quae absolutas obrudendas statuimus, vt pote, qui tantummodo, quid in arduis valeant humeri tentauimus. Interim sumnum Numen precibus ardentiissimis imploramus, vt omnes nostros in sui gloriam, proximique salutem vergere conatus iubeat.

(*) Eines Weimarischen Medici nachhaltige Gedanken von den Vampyren